quærerem, et exiſtimarem eligendum talem, qui illuſtri in loco collocatus excelleret ſapientia, doctrina, virtutum laude, dignitate & autoritate, venerunt mihi in mentem Magnifice Domine Procancellarie, patrone digniſſime, ornamenta eximiæ ſapientiæ ac virtutum, quibus magnificentia tua eminet eo in loco, in quo eſt imperium orbis Chriſtiani, & dignitatis atq; autoritatis ſummæ præſidia, & teſtimonia ſingularis erga me humanitatis ac beneuolentiæ, qua me complexa eſt Mag. T. Auguſtæ magnis inſuper affectum beneficijs. Tuo itaq; patrocinio & editionem hanc et me commendo, reuerenter orans, vt cum ad hoc illuſtre faſtigium Deus magnificentiam tuam plurimis ornatam eximijs dotibus & benefaciendi facultate

SLUB Wir führen Wissen.
STADT ARCHIV KAMENZ